

[QUAESTIO 15

UTRUM DIFFERENTIA AB ARISTOTELE ASSIGNATA  
INTER POTENTIAS RATIONALES ET IRRATIONALES  
SIT CONVENIENS]

5 Utrum<sup>1</sup> differentia, quam assignat ARISTOTELES inter potentias  
rationales et irrationales, sit conveniens<sup>2</sup>, scilicet quod istae sunt  
oppositorum, aliae unius oppositi.

[1] Arguitur quod non. 1

Primo de rationalibus sic: habens potentiam potest illud cuius  
10 est illa potentia; ergo posset aliquis in opposita.

Dicitur, sicut videtur ARISTOTELES respondere in littera<sup>3</sup>, quod 2  
non habet potentiam faciendi opposita simul, licet habeat potentiam  
simul ad opposita.

Contra: in isto 'nunc' in quo inest unum oppositum, quaero an  
15 possit in eodem nunc aliud inesse, aut non. Si sic, habetur  
propositum, ut videtur, quod opposita simul. Si non, ergo potentia  
ista in hoc nunc non est nisi unius oppositi.

---

5 Utrum] *adnot. mg.* Quaestio 81 B<sup>2</sup> Quaestio C<sup>2</sup> Quaestio 14 E<sup>2</sup> Quaestio 15 F<sup>2</sup> 94 L<sup>2</sup>  
6 irrationales] *add. sive (mg. H<sup>2</sup>) naturales H | scilicet post quod C | istae] illae FGM 7 aliae] aut*  
H 9 rationalibus] rationibus E rationabilibus F | potest] in H | illud cuius] in illa ad quae K  
10 illa] ista L | ergo – opposita] habens ergo potentiam rationalem quae est oppositorum simul  
potest in opposita consequens falsum K | posset] possit C | aliquis] aliquid GM 11 Dicitur]  
Responsio EF | Aristoteles] ante videtur F | respondere in littera] dicere (ante Aristoteles) K | littera]  
*add. mg. cap. 4 L<sup>2</sup> 12 faciendi] sciendi G | opposita post simul F | licet om. M | habeat] habeant*  
G 14 inest] est BCDL | oppositum] oppositorum K | an] aut G utrum K 15 possit post  
nunc K 16 ut – simul om. K | opposita] *add. possunt F 17 ista] illa GLM | in hoc] pro isto K |*  
nisi] *lin. M<sup>1</sup>*

<sup>1</sup> Haec quaestio deest in codice A usque ad medium n. 71 ('terminantia motum localem').

<sup>2</sup> Aristot., *Metaph.* IX t. 3 (AL XXV<sup>2</sup> 170; Θ c. 2, 1046b 2-6): "... palam quia et potentiarum aliae sunt irrationabiles aliae cum ratione... Sed quae cum ratione sunt, omnes contrariorum sunt eadem, et quae irrationabiles una unius".

<sup>3</sup> Aristot., *Metaph.* IX t. 10 (AL XXV<sup>3</sup> 184-185; Θ c. 5, 1048a 5-10; 21-24): "tales quidem potentias necesse, quando ut possint passivum et activum appropinquant, hoc quidem facere illud vero pati, illas vero non necesse. Hae quidem enim omnes una unius factiva, illae autem contrariorum, quare simul facient contraria, hoc autem impossibile. Necesse ergo alterum aliquid esse quod dominans. Dico autem hoc appetitum aut prohaeresim... Propter quod nec si simul volunt aut cupiunt facere duo aut contraria, non facient; non enim ita simul habent ipsorum potentiam nec est simul faciendi potentia, quoniam quorum est sic faciet".

- 3 Item, secundo sic: non est potentia quae non potest in aliquid. Illa autem quae est oppositorum, cum non possit simul in opposita, non videtur posse in aliquid nisi determinetur, sicut arguitur in littera in 4 cap.<sup>4</sup> Determinata autem non videtur esse nisi unius; ergo in quantum potentia tantum videtur esse unius. 5
- 4 Item, tertio sic: tunc sequeretur quod voluntas posset in oppositum finis et posset in malum sub ratione mali, sicut et in opposita istorum. Consequens falsum, quia in XII cap. 4 dicit ARISTOTELES<sup>5</sup>: "liberis non licet quod contingit facere", etc.
- 5 Contra aliud membrum, scilicet de irrationalibus, primo sic: 10  
Sol potest in oppositos effectus in istis inferioribus; dissolvit enim glaciem et constringit lutum; tamen potentia eius est irrationalis.
- 6 Item, infra, cap. 7<sup>6</sup> vult PHILOSOPHUS quod "omnis potentia est contradictionis"; et declarat etiam in activis. 15
- 7 Item, rationalis, secundum ARISTOTELEM<sup>7</sup>, non ponitur esse oppositorum per se; sed unius per se ut habitus, alterius per accidens ut privationis. Sed potentia irrationalis sic potest esse oppositorum; frigus enim est causa per accidens caloris, et proiciens pilam ad parietem est causa resiliationis. Ergo, non est differentia 20 dicta conveniens.
- 8 In contrarium est PHILOSOPHUS in littera<sup>8</sup>.

---

1 secundo sic om. K | sic] *add.* potentia K 2 Illa] Ista L | quae om. D | in om. L | opposita] ipsa K 3 videtur] dicitur M | in om. L | in<sup>2</sup> littera] huius noni (post cap.) K 4 4] 10 EF | Determinata autem] Sed ipsa K | ergo – unius om. BEF 5 tantum post unius K 6 tertio] *add.* si CD | posset] possit D 7 finis] falsum H' *restit.* mg. H<sup>1</sup> | posset om. K | in om. L | sicut – istorum om. K 8 opposita] oppositum C | istorum] *lin.* L<sup>2</sup> | Consequens] *add.* est HL | quia in] dicente Aristotele K | XII] XXII BF *add.* huius CDKLM | 4] 8 C | dicit Aristoteles om. FK 9 liberis] mg. H<sup>1</sup> | contingit] *rescrip.* mg. D<sup>1</sup> ostendit H | facere] ferre L | etc. om. K 10 irrationalibus] irrationabilibus F *add.* arguitur K 11 in<sup>2</sup> istis inferioribus om. K | istis] *add.* est(!) M 12 enim om. M | eius post est H post irrationalis L solis K 13 irrationalis] ante est K 14 cap.] in (lin. L<sup>2</sup>) BL<sup>2</sup> 15 et declarat om. K *add.* illud BEF | in activis] *rep.* C activa K 16 Item] *add.* potentia K | rationalis] rationale E | Aristotelem] *add.* in littera D | ponitur esse] est K 19 frigus enim] sicut f. K | per – causa om. D 20 non est differentia] d. n. e.(post dicta) FK 21 dicta] tam G' *restit.* *lin.* G<sup>2</sup> om. M 22 contrarium] oppositum K | in littera om. K

<sup>4</sup>Vide notam praecedentem.

<sup>5</sup>Aristot., *Metaph.* XII t. 52 (AL XXV<sup>3</sup> 266-267; A c. 10, 1075a 20): "Ad unum quidem enim omnia coordinata sunt, sed quemadmodum in domo liberis non licet quod contingit facere".

<sup>6</sup>Aristot., *Metaph.* IX t. 17 (AL XXV<sup>2</sup> 179; Θ c. 8, 1050b 8).

<sup>7</sup>Aristot., *Metaph.* IX t. 3 (AL XXV<sup>2</sup> 170; Θ c. 2, 1046b 7-15).

<sup>8</sup>Aristot., *Metaph.* IX t. 3 (AL XXV<sup>2</sup> 169; Θ c. 2, 1046a 36-b 3).

[I. — Ad quaestionem  
A. — Art. 1: De differentia assignata]

[2] Ad istam quaestionem<sup>9</sup>, tenendo differentiam esse bene 9  
assignatam, primo videndum est quomodo sit intelligenda; deinde  
5 quae sit eius causa.

[1. — Quomodo differentia sit intelligenda]

De primo sciendum quod potentia activa (cuiuscumque est sive 10  
actionis sive termini producti) sic est illius quod, manente natura  
eadem, non potest ipsa esse activa alterius quam cuius ex se potest.  
10 Frigiditas enim, manens frigiditas, non potest esse caloris activa nec  
elicitiva calefactionis, si non est de se activa. Quia, quidquid circa  
ipsam fieret, licet aliud posset aliquid facere ad esse caloris, numquam  
frigiditas faceret ad hoc.

Illa ergo potentia activa dicitur esse oppositorum — sive 11  
15 contrariorum sive contradictoriorum — productorum quae, manens  
natura una, habet terminum primum sub quo potest utrumque  
oppositum aequae cadere. Sed illa est oppositarum actionum quae  
manens una, est sufficiens elicitivum talium actionum. Et si actio  
potentiae proprie activae dicatur 'actum', sicut expositum est  
20 quaestione quarta ad tertium argumentum<sup>10</sup>, tunc omnis quae est  
oppositarum actionum est oppositorum actorum, non e converso.

3 esse bene] b. e. CDHL unde sic M om. K 4 assignatam] signatam M om. K | est om.  
GHM | deinde] secundo F 5 quae] quid D 7 sciendum] dicendum L | est] sit K 8 actionis]  
activis GM | producti] praeducti B | illius] hoc H | manente] post eadem F 9 ipsa] post esse B om.  
KM | quam] add. eius K | potest<sup>2</sup>] add. sicut K 10 enim om. K | activa] ante caloris GHKM causa F | nec  
— calefactionis om. F 11 si non est de se] nisi huius de se sit K | activa] eius F praedictorum(?) mg.  
H<sup>1</sup> | circa] contra L om. K 12 ipsam] ipsum CE aliud M om. K | fieret] faciat K | licet aliud] quod  
H | aliud om. K | posset] possit FK | aliquid facere] faciens a. faciens K 13 frigiditas — hoc] tamen  
calorem K | faceret] rescrip. mg. H<sup>1</sup> | ad om. EF 14 Illa] post ergo K | oppositorum sive  
contrariorum] respectu o. H 16 natura om. H | terminum] obiectum unum H | quo] alio D |  
potest] post cadere K | utrumque] utrum F 17 quae — actionum] mg. K<sup>2</sup> 18 manens una est] una  
et eadem manens mg. K<sup>2</sup> | sufficiens] mg. G<sup>2</sup> post elicitivum BEF | actionum] add. mg. etc. K<sup>2</sup>  
19 activae] ante proprie (mg. D<sup>1</sup>) D<sup>1</sup>HK | actum] actus (lin. K<sup>2</sup>) HK<sup>2</sup>L | sicut] tamen ut K |  
expositum] et positum L 20 tunc] terminus E | omnis] add. potentia K 21 oppositarum]  
oppositorum B | est] in L' restit. mg. L<sup>2</sup> | actorum] actuum sed K om. H

<sup>9</sup> Cf. Duns Scotus, *Lectura* II d. 25 q. un. n. 55. 60-68. 69-80 (XIX 247. 249-257); *Additiones magnae* II  
d. 25 q. un. n. [22] (ed. Vivès XIII 222); *Ordinatio* I d. 2 p. 2 q. 1-4 n. 347-352 (II 333-335); *Quodl.* q.  
16 n. [1-18] (ed. Alluntis p. 581-609).

<sup>10</sup> Cf. supra q. 3-4 n. 48-49.

- 12 Hoc autem debet intelligi quod potentia sit oppositarum actionum, seu actionis et negationis eius, sicut patebit in secundo articulo<sup>11</sup>. Et vocatur haec 'potentia activa' non ipsa relatio quae numeratur secundum numerum correlativorum, sed natura absoluta quae est relationum plurium (quae sunt ad oppositos effectus) 5 proprium fundamentum.

[2. – Quae sit causa differentiae]

- 13 De secundo, videtur ARISTOTELES causam differentiae ponere talem<sup>12</sup>: quia forma naturalis solummodo est principium assimilandi uni opposito similitudine naturali, sicut ipsa est ipsa et non 10 opposita.
- 14 Forma autem intellectus, puta scientia, est principium assimilandi oppositis similitudine intentionali, sicut et ipsa est virtualiter similitudo oppositorum cognitorum. Quia eadem est scientia contrariorum sicut et privative oppositorum, cum alterum 15 contrariorum includat privationem alterius; agens autem illius est activum, quod potest sibi assimilare secundum formam qua agit; ideo videtur ARISTOTELES ponere dictam differentiam.
- 15 Sed ista ratio multipliciter improbatur: [3]
- Primo, quia forma naturalis potest esse principium assimilandi 20 virtualiter opposita. Patet de sole.
- 16 Secundo, quia solummodo intellectum vel scientiam videtur

1 Hoc] Hic CEF | debet intelligi] intelligendum K | quod] quia M 2 seu] sive F | secundo] tertio C 3 haec] hic CDFL 4 numerum] numerationem B | correlativorum] relativorum B colorum G' restit. mg. G<sup>1</sup> 5 quae] qui L | oppositos post effectus K 6 proprium] primum K 8 Aristoteles] add. in littera BEFK | causam post ponere mg. L<sup>2</sup> | differentiae] dicere M ostendere L om. K | ponere] ponendo GM ponens H 9 quia] quod DH | solummodo] solum F sequendo M 10 ipsa<sup>2</sup> – opposita] tempus vide opposita L' restit. mg. L<sup>2</sup> 12 est principium] mg. H<sup>1</sup> 13 similitudine] subiective G' restit. mg. G<sup>1</sup> assimilatione K | intentionali] virtuali GHM | et] etiam EF | et ipsa] et ipsum L om. K 14 similitudo] add. plurium BEF | Quia – oppositorum om. BCEF 15 sicut et] sive etiam mg. L<sup>2</sup> | privative – contrariorum] mg. L<sup>2</sup> | cum] tamen G 16 includat] includit GM | illius] lin. L<sup>2</sup> | est] add. tale K 17 assimilare] assimilari C add. passum K | ideo] item D illud GM propter illud H 19 Sed] Licet G 20 Primo] Probatio L | quia] quod H | naturalis] mg. K<sup>1</sup> 21 opposita] ante virtualiter F oppositis B opposito C oppositorum L plura K | sole] solutione C 22 quia] quod B om. M | solummodo] solvuntur G<sup>1</sup>M restit. G solum H tantum ponere K | videtur] ante solummodo K

<sup>11</sup> Cf. infra n. 24-25. 31-34.

<sup>12</sup> Aristot., *Metaph.* IX t. 3 (AL XXV<sup>3</sup> 181; Θ c. 2, 1046b 10-15): "Quare necesse et tales scientias esse quidem contrariorum, esse vero huius quidem secundum se illius vero non secundum se... Nam negatione et ablatione ostendit contrarium; et enim privatio prima contrarium".

ponere potentiam rationalem; quod falsum est, ut post dicitur<sup>13</sup>.<sup>a</sup>

Hoc etiam videtur expressius ponere in 4 cap.<sup>14</sup> ubi concludit 17  
quod potentia rationalis est oppositorum; nihil faciet nisi determine-  
tur ad alterum illorum, et illud determinans dicit esse "appetitum aut  
5 prohaeresim". Ergo illam videtur excludere a ratione potentiae  
rationalis, ut ipsa est oppositorum.

Et hoc expressius patet per sequentia<sup>15</sup>, ubi videtur dicere quod 18  
rationalis sic determinata necessario faciet, sicut et irrationalis ex se  
necessario facit. Videtur ergo simpliciter quod non sit potentia

10 <sup>a</sup> *Sequitur adnotatio interpolata*: Vide Gandavensem, *Quodlibet* XI quaest. 7<sup>16</sup>, ubi  
dicit quod " 'posse in contraria' potest intelligi multipliciter. Uno modo ex parte  
obiectorum quae sunt bonum et malum respectu voluntatis, verum et falsum ex parte  
intellectus". Et certum est quod tam voluntas quam intellectus est circa  
15 'posse in contraria' ex parte actuum". Sed hoc dupliciter, quia 'vel potest intelligi  
quod potentia potest in contrarios actus respectu obiectorum contrariorum, vel  
respectu eiusdem obiecti; ut fugere malum et consequi bonum quoad voluntatem,  
assentire veritati et dissentire falsitati quoad intellectum'. Et hoc modo potentia  
etiam irrationalis potest in opposita. Secundo modo posse in contraria, scilicet in  
20 contrarios actus, ut puta fugere *a* et non fugere *a* quoad voluntatem (consequi  
etiam et non consequi *a*), quoad intellectum assentire et non assentire eidem; sic,  
inquam, 'posse in contraria' convenit soli voluntati a se, sive ex se, et intellectus a  
voluntate sibi imperatur. Et ideo sola voluntas est complete potentia rationalis,  
potens in opposita.

1 ponere om. K | potentiam post rationalem H | est om. E | post] prius (mg. L<sup>2</sup>) GL<sup>2</sup>M |  
dicitur] ante post BE 2 etiam] autem C | expressius] ante videtur K om. F | ponere] exponere B |  
quod] quia E 3 rationalis] add. (mg. H<sup>2</sup> lin. L<sup>2</sup>) quae DH<sup>1</sup>KL<sup>2</sup> | est om. GM | faciet] sciet GM  
4 ad] in F | illorum] istorum M ipsorum K | aut] vel K om. H 5 illam] istam GLM | excludere]  
concludere F 6 oppositorum] oppositarum L 7 expressius] expresse BEF 8 sic] sit CGLM |  
faciet - necessario om. C | et] add. ipsa GM | irrationalis] nihil G' restit. mg. G<sup>1</sup> 9 simpliciter om. K  
10 Vide - opposita-2] = F<sup>1</sup> (in imo fol. F<sup>1</sup>) om. vell. pu

<sup>13</sup> Cf. infra n. 41

<sup>14</sup> Aristot., *Metaph.* IX t. 10 (AL XXV<sup>3</sup> 184; Θ c. 5, 1048a 10-11): "Necesse ergo alterum aliquid esse  
quod dominans. Dico autem hoc appetitum aut prohaeresim"; cf. supra n. 2.

<sup>15</sup> Aristot., *Metaph.* IX t. 10 (AL XXV<sup>3</sup> 184-185; Θ c. 5, 1048a 11-16): "Quod enim desiderabit  
principaliter, hoc faciet quando ut possit extiterit et appropinquaverit passivo. Quare potens  
secundum rationem omne necesse, quando desiderat cuius habet potentiam et ut habet, hoc facere.  
Habet autem praesente passivo et ita se habente facere".

<sup>16</sup> Henricus Gand., *Quodl.* XI q. 7 in corp. (459NO): "Dicendum quod posse in contraria potest  
intelligi multipliciter. Uno modo ex parte obiectorum quae sunt bonum et malum ex parte voluntatis,  
verum et falsum ex parte intellectus... Alio modo intelligitur posse in contraria ex parte actuum circa  
obiecta contraria, ut fugere malum et consequi bonum ex parte voluntatis, assentire veritati et  
dissentire falsitati ex parte intellectus... Hoc ergo modo intelligendo contraria, dico quod omnis  
substantia intellectualis potest in contraria, sed sola voluntate, quia ipsa sola libera est et a nullo  
determinabilis aut determinata nisi a summo bono principaliter intellecto".

rationalis illud aggregatum ex intellectu (quem ponit esse oppositorum) et ex appetitu determinante (quem ponit necessarium ad hoc quod aliquid fiat).

- 19 Tertio, non videtur valere probatio quod intellectus sit contrariorum, licet sit privative oppositorum. Quia contrarium, etsi 5 includat privationem alterius, non tamen praecise, sed est aliqua natura positiva, et ita habet aliquam cognitionem propriam suae entitatis et non praecise per alterum oppositum; immo per alterum oppositum tantum secundum quid cognoscitur.

[B. — Art. 2: De differentia in se

10

1. — De differentia inter naturam et voluntatem]

- 20 Quantum ergo ad secundum articulum: primo videndum est de dicta differentia in se, secundo de intentione ARISTOTELIS circa ipsam. 14]
- 21 De primo sciendum est quod prima distinctio potentiae activae est secundum diversum modum eliciendi operationem: quod enim 15 circa hoc vel illud agat (etsi aliquo modo distinguat), aut distinctionem ostendat, non tamen ita immediate. Non enim potentia ad obiectum, circa quod operatur, comparatur nisi mediante operatione quam elicit, et hoc sic vel sic.
- 22 Iste autem modus eliciendi operationem propriam non potest 20 esse in genere nisi duplex. Aut enim potentia ex se est determinata ad agendum, ita quod, quantum est ex se, non potest non agere quando non impeditur ab extrinseco. Aut non est ex se determinata, sed potest agere hunc actum vel oppositum actum; agere etiam vel non

1 illud] ad M | quem ... quem] quam ... quam H | ponit] mg. F<sup>2</sup> | esse — ponit om. D 2 et] ut H | ex om. EF | ponit] add. esse BEFK 3 quod] ut BEFK 4 Tertio] Tertia GM | probatio] add. illa scilicet K | quod] quia GM | sit] sicut L 5 sit om. BCDEF | contrarium] add. mg. unum H<sup>1</sup> 6 includat] includit BEF | aliqua] alia BCDEF 7 positiva] posita BE | aliquam post cognitionem K aliam GHM 8 oppositum] add. tantum EF | immo — oppositum om. B | per<sup>2</sup>] secundum EF 9 oppositum om. EF | tantum] add. modo GHKM | secundum om. B | secundum quid] numquam GM | quid] lin. K<sup>2</sup> | cognoscitur] add. sicut privatio quae tantum per habitum cognoscitur si cognoscatur H 12 ad] add. istum K | de dicta] mg. L<sup>2</sup> 13 dicta post differentia H om. GM | ipsam] ipsum C 14 De primo] Ad primum M | est om. HK | prima] potentia GM posita H | distinctio] definitio K' distinctio (lin. K<sup>2</sup>) K<sup>2</sup> 15 est om. GM | operationem] L' oppositum lin. L<sup>2</sup> 16 circa om. GM | vel] nihil(?) C add. alia B | (etsi] licet K | distinguat] designat G significat M add. obiectum H | aut] vel K 17 ostendat] considerat BE constituat F | enim] add. comparatur K 18 comparatur] operatur DF om. K 19 et hoc om. EF 20 autem post modus K actus B | operationem post propriam EF 21 in genere om. F | duplex] mg. L<sup>2</sup> | potentia] ponitur C | ex se post determinata K | est] ante ex M | determinata] determinatum C 22 ita] aliqua M | ex] de H | non potest] mg. L<sup>2</sup> | non<sup>2</sup>] mg. D<sup>1</sup> 24 hunc] habet M | oppositum] opponentem B | actum<sup>2</sup> om. GKM | agere<sup>2</sup> om. K | etiam post vel K om. GM

agere. Prima potentia communiter dicitur 'natura', secunda dicitur 'voluntas'.

Unde prima divisio principiorum activorum est in naturam et voluntatem, iuxta quod ARISTOTELES, in II *Physicorum*<sup>17</sup>, duas ponit causas moventes per accidens, casum iuxta naturam, et fortunam iuxta propositum sive voluntatem.

Si ergo huius differentiae quaeritur causa, quare scilicet natura est tantum unius (hoc est — cuiuscumque vel quorumcumque sit — determinate ex se est illius vel illorum), voluntas autem est oppositorum (id est, ex se indeterminate huius actionis vel oppositae, seu actionis vel non actionis), dici potest quod huius nulla est causa. Sicut enim effectus immediatus ad causam immediatam comparatur per se et primo et sine causa media — alioquin iretur in infinitum —, ita causa activa ad suam actionem, in quantum ipsam elicit, videtur immediatissime se habere. Nec est dare aliquam causam quare sic elicit nisi quia est talis causa. Sed hoc est illud cuius causa quaerebatur.

Sicut ergo calidum calefacit quia calidum, nec ista propositio 'calidum calefacit' est mediata, sed prima in quarto modo per se<sup>18</sup>, ita et haec 'calidum ex se determinate calefacit'. Similiter ista 'voluntas vult', et 'voluntas non vult determinate, determinatione necessaria ex se'<sup>19</sup>.

1 communiter post dicitur L convenit M | dicitur<sup>2</sup> differentia H 3 divisio] add. potentiae F add. potentiarum activarum vel K | principiorum post activorum E 4 quod] add. vult K | in om. GKM | duas ponit] ubi p. d. K duo p. GM | ponit] posuit BE 5 moventes] motas GM | accidens] add. scilicet casum et fortunam K | et fortunam iuxta] f. circa K 6 sive] aut F seu K 7 huius] huiusmodi H | quaeritur] quaeratur F | scilicet] si H om. BEFL 8 est om. M | tantum] ante est BEF post unius GHM | sit] ante vel FK sic G om. D 9 determinate] determinare C | ex se est] est ex se BEK est F | illius] eius K | illorum] istorum L | autem om. D 10 id est om. F 11 seu om. BCEF | seu actionis vel] etiam K | vel] et DG | dici potest] dicit post M | huius om. L 12 nulla] natura H' restit. mg. H<sup>1</sup> 13 immediatam] in non mediatam L' restit. L | per] ex BCEF | et<sup>2</sup> om. BEF 14 alioquin] aliter K | ita] lin. G<sup>1</sup> | activa] immediata GM 15 ipsam post elicit M | videtur — habere om. K | immediatissime] immediate GHM | est dare] esse HL | dare om. GKM 16 aliquam] aliam EFG | aliquam causam] alia causa M alia ratio K | quare sic elicit om. K | est] iste effectus est talis et ista est K om. F | est<sup>2</sup> om. B 17 illud om. GHM | quaerebatur] add. et K 18 ergo — nec om. K | calefacit] calefit H | ista] illa GM ipsa L | propositio om. BEF 19 calefacit] calefit H add. non K | mediata] immediata E' restit. lin. E<sup>2</sup> | in om. BEF | modo] add. dicendi GKM 20 haec] hoc CDE | Similiter ista] Et i. s. K | ista] illa GM 21 vult et voluntas] mg. L<sup>2</sup> | voluntas om. K | determinate] add. ex se K | necessaria] necessarii BEF | ex se] K<sup>2</sup>

<sup>17</sup> Aristot., *Physica* II t. 57-59 (B c. 5-6, 197a 32-b 13).

<sup>18</sup> Cf. Thomas, *Anal. post.* I lect. 10 n. 7 (I<sup>2</sup> 40b): "Deinde cum dicit 'Item alio modo' etc., ponit quartum modum, secundum quod haec praepositio 'per' designat habitudinem causae efficientis vel cuiuscumque alterius extrinsecae."; cf. Aristot., *Anal. post.* I c. 4 (AL IV<sup>1</sup> 13; A c. 4, 73b 10-11).

<sup>19</sup> Cf. Duns Scotus, *Ordinatio* I d. 8 p. 2 q. un. n. 299 (IV 324-325); *Quodl.* q. 16 n. [13-14] (ed. Alluntis p. 601-604).

- 26 Contra ista obicitur. Primo sic: ista propositio est contingens, 'voluntas vult'. Si voluntas non est ex se determinata ad volendum, quomodo aliqua propositio contingens est immediata?
- 27 Secundo sic: quare ponitur ista indeterminatio in voluntate, si non potest probari per naturam voluntatis? 5
- 28 Ad primum<sup>20</sup> responsio: ex necessariis non sequitur contingens, patet. Accipiatur aliqua contingens. Si est immediata, habetur propositum. Si non, detur medium: altera praemissa ad ipsam erit contingens; alias ex necessariis inferretur contingens. Illa praemissa contingens, si est mediata, altera praemissa ad ipsam erit contingens, et sic in infinitum nisi stetur in aliqua contingente immediata. 10
- 29 Confirmatur: I *Posteriorum*<sup>21</sup> vult ARISTOTELES quod contingit opinari 'propter quid', scilicet per immediata, et 'quia', per mediata. Ita in proposito, 'voluntas vult a'. Si non est causa inter extrema, habetur propositum. Si est causa, puta 'voluntas vult b', ulterius procedendo stabitur alicubi. Ubi? Quare voluntas illud volet? Nulla erit alia causa nisi quia est voluntas. Et tamen si illa ultima propositio esset necessaria, non antecederet sola ad aliquam contingentem. 15
- 30 Ad secundum<sup>22</sup>, a posteriori probatur. Experitur enim qui vult 20

1 Contra] *praem.* Sed K *adnot. mg.* Obicit contra se ipsum E<sup>1</sup>F<sup>1</sup> | ista] illa GM | obicitur] oritur M *add.* et K | sic] *ante* primo BEF *add.* propositio contingens non est immediata sed K | ista<sup>2</sup>] illa GM | propositio *om.* K 2 voluntas vult *om.* F | Si – immediata] ergo etc. K 3 quomodo] *add.* autem DL | aliqua] illa BE ista F 4 quare – voluntatis] quod non potest probari per naturam voluntatis non debet poni in voluntate sed iste modus causandi non potest probari per naturam voluntatis quia propositio non esset immediata ergo etc. K | ista] illa GM 5 probari] probare H 7 Accipiatur] Accipitur GHM *add.* ergo K | aliqua] autem L 8 habetur] habeatur F | habetur – contingens] *mg.* H<sup>1</sup> | medium] necessarium F *add.* tunc K | ad ipsam] ad minus D *om.* H<sup>1</sup> 9 erit] est BEFL | erit – ipsam *om.* C | contingens] *mg.* L<sup>2</sup> | alias] aliter K | alias – contingens-3 *om.* GM | inferretur] infertur H | Illa] Ista HL 10 mediata *om.* B | altera] alia K | erit] est BEF 11 contingens] *add.* habetur propositum. Si non, detur medium altera praemissam ad ipsam erit contingens H | sic] *add.* erit GH *add.* est M | stetur in] detur K | contingente] contingens K' *restit. mg.* K<sup>2</sup> 13 *Posteriorum*] *add.* ulterius C *add.* ultimo DL *add.* cap. ultimo K | contingit] convenit L 14 et quia] vel H | et – mediata *om.* K | mediata] immediata DL' *restit.* L 15 a] scilicet D 16 Si est] sicut B | voluntas *post* vult H 17 procedendo] procedetur C procedo H | stabitur] videtur C stabit HM | alicubi] alicui BCE | Ubi *om.* GHKLM | voluntas *post* illud BE | illud volet] vellit hoc F i. velle L | Nulla] Non EFK *add.* natura GM 18 erit] est BCEFL | alia] aliqua GM | est voluntas] e. v. voluntas F v. e. v. K | illa] ista GL alia D' *restit. mg.* D<sup>1</sup> | ultima *post* propositio EF 19 aliquam] aliam GHM

<sup>20</sup> Cf. supra n. 26.

<sup>21</sup> Aristot., *Anal. post.* I c. 33 (AL IV<sup>1</sup> 66; A c. 33, 89a 21-22); cf. Robertus Grossatesta, *Anal. post.* I c. 19 (ed. P. Rossi p. 283): "Opinatur quidem et quia et propter quid, si cognoscit per immediata; si vero non cognoscit per immediata, opinabitur solum quia".

<sup>22</sup> Cf. supra n. 27.



































UNIVERSITY OF DALLAS LIBRARY

1997

The Franciscan Institute  
St. Bonaventure University  
St. Bonaventure, N. Y.

*Edited by*  
R. ANDREWS, G. ETZKORN, G. GAL, R. GREEN,  
† F. KELLEY, † G. MARCIL, T. NOONE, R. WOOD

LIBRI VI-IX

QUAESTIONES  
SUPER LIBROS METAPHYSICORUM  
ARISTOTELIS

B. IOANNIS DUNS SCOTI